



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

78. An Pontifex possit dispensare, ut Religiosus uxorem ducat? Et cursim  
explanatur, an super habenda proprietate possit etiam Pontifex  
dispensam cum aliquo Monacho? Ex p. 8. tr. 1. res. 73.
- 

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76359](#)

# In ordine ad Sacram. Ref. LXXVIII. 299

*sacramento Ordinarii, quæst. 4. sect. 3.* qui cum variis rationibus probasset nostram sententiam, postea testatur, illam approbare facta Pontifici, & ideo sic afferit. Accedit etiam, quod interdum in ipsa Romana Ecclesia à Summo Pontifice dispensatum est, ut aliquis facto Ordine insignitus, posset vxorem ducere: quod dispensato nequitam fieri debuisse, aut potuisse, si obligatio continentiae esset annexa sacro Ordini de iure diuino. Nec refert quod Michaël Medina responderet, nunquam dispensatum fuisse, vi quicquid simul deinceps in sacro Ordine ministraret. Nam certè, si hac in te adesse ius diuinum, non obligare solum ad hoc, ne quisquam retineat simul exercitiū Ordinis, & vsum matrimonij, sed ne simili pectori interficeret matrimonium, aut illo vteretur post falecū Ordinem, ergo ad hoc non obligat, neque ad illud. Sed absolutè potuisse etiam Ecclesia dispensare, vt Clericus ordinatus interficeret matrimonium, & que vteretur, & in suo Ordine ministraret. At quia in hac re Ecclesia non dispelat, nisi ex maxima causa, ob rigorem, & gravitatem ipsius Ecclesiasticae institutionis; neque occurrit causa, vt simul exercitium Ordinum concedatur, cum abunde suppetant cœlibes viti qui in Ordinibus ministrant, id est in hoc non est dispensatum. Sed alia bene consilium fuit, vt conjugati prouerherentur ad sacros Ordines, & deinceps posse & matrimonio vti, & in Ordinibus ministrare, nempe apud Graecos. Nec etiam satisfaci quod respondet Maior, non esse quidem iure diuino iustum matrimonium post Ordines contractum, sed esse illicitum: & in hoc posse Pontificem graui causa dispensare, sicut potest in aliis votis. Supponimus enim nequitam posse Pontificem dispensare in diuinis præceptis: licet possit in aliis votis, relaxando vinculum nostre promissionis.

6. Sed cōsto iam ex sola Ecclesiæ constitutione tenet huiusmodi Clericos ad seruandam castitatem, non pauci refutent, an ea obligatio sit solam ex Ecclesiæ præcepto directe præcipite illis castitatem, ut præcipit audire Missam diebus Dominis, vel immediate sit ex voto castitatis in Ordine facta tè emulso, mediata verò ex Ecclesiæ constitutio[n]e, que id votum Ordini facto annexit, quod iure diuino angustum non erat. Nam si ex merum præceptum Ecclesiasticum, valida erit dispensatio Pontificia ad contrahendum matrimonium sine causa concessa, & potest post initium matrimonium perfidium. At si sit obligatio ex voto, non est valida dispensatio abfue legitima causa concessa; & post matrimonium initum obligat votum, in quantum patitur status matrimonij, nempe ad non petendum debitum. Valentia tom. 4. diff. 9. punct. 5. §. 1. docet, nō esse id proprium votum, sed Ecclesiæ statutum. Alij vero communiter cum D. Thoma 2. 2. q. 88. art. 7. & 11. sententia hanc obligationem esse ex vero, ac proprio voto, quod etiam cum multis, quo refert, & sequitur Sanchez lib. 7. diff. 27. n. 10. Et manifestè ostendit videtur, quia vt patet ex D. Gregorio epist. 42. & refertur cap. 2. diff. 28. Ecclesia præcipit nullum ordinari Subdiaconum, ni continentiam promittat, quod etiam Episcopi obseruant. Nam ordinandi proponunt hoc votum, qui hoc ipso quo posse Ordinem suscipiant, consentur illud vovere.

7. Sed ego puto, obligationem seruandi castitatem in Clerico in facis, & illius inhabilitatem ad matrimonium subsequens, oritur non tantum ratione voti solenis castitatis, seu iuriis Ecclesiastici annixi voto castitatis, fed etiam ratione Ordinis sacri, seu ratione iuriis Ecclesiastici sibi annixi. Ita Rebello lib. 3. quæst. 12. num. 2. & Gaspar Hurtado diff. 16. diff. 1. num. 1. Probat, nam quod tale impedimentum restat in ordinato ratione impliciti voti solenis an-

nxi ex constitutione Ecclesiæ, manifestè constat ex cap. 6. de voto in 6. Et firmari potest, quia hoc in impedimentum ordine naturæ, vt sic dicam, disponit obligationem non ducendi uxorem, hac autem obligatio quantum est ex intentione Ecclesiæ orihi debet ex voto per sacram ordinatiq[ue]m solemnizatio[n]em. Præterea quod tale impedimentum proueniat quoque ex sola ordinatione in facis, satis firmatur communis sensu Doctorum constituentium, vt distinctum impedimentum, Ordinem, & Votum. Fauer etiam Tridentinum, eff. 24. cap. 7. vbi continentiam Clericorum in facis, & inabilitatem ad contrahendum matrimonium, non ad votum refert solemne, ad hoc enim refert inabilitatem Regulatrum, qui castitate solemniter professi sunt, sed ad legem Ecclesiasticam auctoritatem ipsi Ordini sacro. Ergo, &c. Et hæc omnia supradicta docet clare, & doceat, at semper. Tolerat Pater Perez de matrimonio, diff. 28. feb. 1. cap. 2. cui addit Suarez de Relig. tom. 3. lib. 9. c. 13. Sanchez de matrimonio, lib. 7. diff. 27. Henriquez lib. 10. cap. 14. Coninck de Sacrament. diff. 20. dat. 1. cap. 12. Beccanum de sacrament. Matrim. c. 80. quæst. 10. Arcadium de concord. lib. 7. cap. 33. Soturn de iustitia, lib. 3. quæst. 4. art. 2. & Propositum in 3. pars quæst. unica, de sacramenti. Ordin. dub. 20. num. 191.

8. Cum igitur ex supradictis appearat, vt dictum est, continentiam Clericorum ex institutione Ecclesiæ dimanans, sequitur posse Pontificem dispensare, vt ordinari in Sacris matrimonij contrahant, quod præter Doctores citatos docet Marchinus de sacra Ordin. tract. 2. part. 6. diff. 7. n. 4. Et ideo nostris temporibus à Summo Pontifice in Hispania dispensatum fuit, vt quidam Subdiaconus matrimonium iniaret.

## RESOL. LXXVIII.

An Pontifex possit dispensare, ut Religiosus vxorem ducat?

Et cur finis explanatur, an super hanc bona proprietate possit etiam Pontifex dispensare cum aliquo Monacho? Ex part. 8. tract. 1. Resol. 73.

§. i. Negatiu[m] responderet D. Thomas in 22. q. 88. art. 11. hanc obligationem esse ex vero, ac proprio voto, quod etiam cum multis, quo refert, & sequitur Sanchez lib. 7. diff. 27. n. 10. Et manifestè ostendit videtur, quia vt patet ex D. Gregorio epist. 42. & refertur cap. 2. diff. 28. Ecclesia præcipit nullum ordinari Subdiaconum, ni continentiam promittat, quod etiam Episcopi obseruant. Nam ordinandi proponunt hoc votum, qui hoc ipso quo posse Ordinem suscipiant, consentur illud vovere.

7. Sed ego puto, obligationem seruandi castitatem in Clerico in facis, & illius inhabilitatem ad matrimonium subsequens, oritur non tantum ratione voti solenis castitatis, seu iuriis Ecclesiastici annixi voto castitatis, fed etiam ratione Ordinis sacri, seu ratione iuriis Ecclesiastici sibi annixi. Ita Rebello lib. 3. quæst. 12. num. 2. & Gaspar Hurtado diff. 16. diff. 1. num. 1. Probat, nam quod tale impedimentum restat in ordinato ratione impliciti voti solenis an-

Ad magis elucidā. In doctrinam huīus quæst. & Ref. lege latam doctrinam Ref. seq. signat̄ in §. 1. prop̄ finem, & §. Ad secundū. & infra Ref. 95. §. sed. ego & prop̄ finem, ver. Tertio Pon. tifex, & in tom. 2. tr. 6. vnde §. vlt. Ref. 12. & si placet lege tam.

Sup. hac proprietate in Refol. leg. Nec obstat. cursim in principio, & breueriter etiā in §. Quodā posset, ad lin. 8. & infe- riū in tr. 2. Ref. 66.

109 Tract. I. De Potestate Pontificis

titam. Quod semel est sanctificatum Deo, non potest  
in alios Ius commutari, ut habetur Lexicu*vitimo.*  
Animál quod immolarí potest Domino, si quis voverit,  
sanctum erit, & inuicari non poterit. Et postea gene-  
raliter, Quidquid jemel fuerit consecratum, sanctum  
Sanctorum erit Dpmo; ergo humiliiter, il quia per-  
sona clericorum per sollemne votum Religionis sanctificata  
Deo, scilicet ad essentialia Religionis, inter quae est  
debitum perpetua continentia, non potest in alios  
Ius mutari. Et idē hanc sententiam tenet fore  
omnes discipuli S. Thomae, Sotus de Iuslin. lib.7.q.4.  
crl.2. Syluester verb. Votum 4. q.5. Torre de Relig.  
tom.1.q.98.art.11. Ammilia verb. dispensatio, mmo.11.  
Taberna codem verb. qnaq.7. & alijs.  
3. Sed ego cōtraria sententiā adhæresco, quam ex  
Thomatis docet Caietanus in locum citatum D.  
Thomae. D. Antoninus part.2.lib.11.cpl.2.8.9. Plau-  
danus in 4.dif.38.q.4. art.3. concl.11. Durandus in 4.  
dif.38.q.2. omnes ex schola D.Thomae, quibus adde  
Tannerum tom.3. dif.5.q.4. dub.6. n.12. Ioannem  
Valerum in differentiis virg. que foris verb. Dispensatio  
differ.6.n.5. Vasquez in p.2.dif.16.s.104. Hen-  
riquez lib.12.c.1.m.2. Azoius tom.1.lib.12.cap.9.q.1.  
Medina lib.5.de fides.47. & seq. Nauarros in manual.  
cap.12.n.71. Rchardus, Scotus, Maior, Herueus, An-  
gelus, Rosella, Lessius, Valentia, & alijs. Dico igitur  
posse Pontificem etiam in voto sollemnem castitatis  
religiose dispensare faltem ex causa publicum &  
commune bonum Ecclesiæ concernente.  
4. Probatur hæc sententia, tum ex facto Pontificiū,  
quos saepius in hoc casu feliciter disp̄f̄sasse legimus;  
& quidem fide indubitata, vt fūse prosequitur Azor,  
& Platius. Tum quia quoad valorem dispensationis  
Ecclesiastice, eadem est ratio voti simplicis, & so-  
lemniss; neque hoc ex natura sua habet maiorem  
obligationem, quam illud. Tum quia secundum S.  
Thomam, & alios, potest dif. ēstari in voto castitatis  
per Ordinis susceptionē, quod non minus solenne  
est, quam religiose Professionis; & si hoc disserim  
fir, quod hoc rulli non possit, nisi ipso etiam statu  
(religiose) persona sublato, &c. quod non est ne-  
cessis in priori casu. Tum denique quia nihil obstat  
eius voti dispensationi. Non traditio, quia etiam sim-  
plex votum aliquando traditionem continet. Ac-  
cedit, quod etiam res in Regis dominū redactas po-  
test Proter, si maior utilitas & honor Regis id ex-  
pofcat, alienate. Non voti solemnitas, quia hæc solo  
iure Ecclesiastico introducta est. Non ipsa religio-  
nis natura, quia licet de huius effictu sit castitas;  
tamen non est de essentia eius qui semel Religiosus  
est factus, vt maneat Religiosus, vt dicetur. Nec de-  
num consecratio. Non solū quia benedictio ipsa  
propriè non constituit Religiosum, sed etiam, quia  
hæc ipsa potest a te integrā separari, vt mox dicetur,  
5. Sed hæc omnia probanda sunt exemplis, quæ  
affert, vt dixi, Azoius, & Medina Legimus enim in  
vita B. Laurentij Iustiniani, Iustinianos omnes ad  
vnū, aut ferro, aut morbo, extintos fuisse, præter  
aliquos senes, qui ad sibi obtemperaverunt, ad  
erant: euénile tamē, vt vnus tantum supereft ad  
lescens Nicolaus nomine apud Monachos S. Nico-  
laei. Tunc Vitalis Dux Venetiis impetravit ab Ale-  
xandro III. Pontifice Romano, vt licet adolescenti  
Monacho soluere vinculum Religionis ad susci-  
tanda sibi gentis, & ique vnicam filiam nomine  
Annam despondet, fuita fuere nuptie, donavit, eos  
Dominus sex filiis masculis, & tribus femellis. Læ-  
tus tam prospera sibi Nicolaus & Deo gratias  
agens voti veteris, & Religionis non immemor,  
adficato prius apud Amianum Cenobio Virgi-  
nū sub nomine S. Adriani, in quo Anna vxor ipsa  
queque monasticam vitam cepit, ad Monasterium

reversus est: multis miraculis ambo claruerunt. Item  
est etiam litteris consignatum, ac proditum Remiu  
Aragonie & Regem Monachum factum, cum pater  
cuius fūs prole decisisse, Rcmiani Pontificis auto-  
ritate ē Cenobio edicū purpura, & regio sceptro  
ornatum vxorem duxisse, & ex a filiā suscepisse.  
7. Legimus quoque Casimiriū huius nominis  
primum Poloniū Regē Cluniacensem Monachum  
sancti Benedicti Religionem professum, & Diaconum  
effictum, auctoritate Benedicti I. X. vel Cle-  
mentis II. Romani Pontificis a voto a profissione  
monastica absolutum, ad Regnum matronū suorū  
euectum, vxorem accepisse, & libertos procreasse.  
Coſtātia Rogerij Regis Siciliæ filia iam fere quin-  
quagenaria Cœlestini 111. Romani Pontificis con-  
ſenſe, & indulgēta ē Cenobio Pancratiano educi-  
ta, & votu virginitate soluta Hēmitico VI. imp̄pt.  
Auctoritate iudei Clemēti VII. multis Religionis  
Equitibus professis in Ordinibus militaribus Cala-  
travae, & Alcantarae conceſſum est, vt si vellent, xo-  
res acciperent; & tamē professi erant Religionem;  
nec est, quod Sotus opponat factos Milites, quam-  
uis Religionem professos, non est utrūcū simpliciter  
Religiosos: nam eti id locum habeat in iis faciis  
Milites, qui castitatem solū coniugalem solni-  
ni profliore promittunt, cuiusmodi sunt facti Mi-  
lites sancti Iacobi in Hispania, & sancti Stephani,  
sub Magno Duce Florentino: verum non est in iis,  
qui simpliciter castitatem proſtent, quales sunt  
facti Milites sancti Ioannis Hierosolymitani, & tales  
erant milites, tunc temporis Calatravae, & Alca-  
ntarae, licet tunc castitatem coniugalem promittant.  
7. At Syluester, Sotus, & alii hæc incerta esse te-  
stantur, aut hos non Monachos veteranos, sed tyro-  
nes non Religionem professos, sed Novitios adhuc  
in probatione exitiſſe. Dicant illi quidquid volunt,  
cerit negare non posſit, quod Annales, & historie  
prodiderunt, Ramius ne Novitius erat, at ferme  
fūs sancti Facūdi Cenobio Praefatus, & Abbas,  
postea Pamplonensis Praef., & post quadraginta  
annos in Tomerensi Cenobio exactos sibi ob-  
rendæ causa vxorem duxisse Romani Pontificis au-  
toritate populus. Num Casimirus Novitius, &  
tyro fuit, ut sancti Benedicti regulam professus dicitur,  
& Diaconus factus, & prof. monastica; &  
sacri Ordinis religione solutus ad Regnum pro-  
cedens, & vxoretur duxit, & libertos procreauit. Incer-  
ta sunt hæc tene Chrys. lib.4.de orig. & reb. ḡfis  
Polonorum, scriptore diligenti filio, vera sunt, quæ  
dixi Casimiro; & pro hoc Remani Pontificis be-  
neſicio, agnoscunt Poloni iniunctum; primum vt de  
singulis capitibus, exceptis Nobilibus, sive Equiti-  
bus, & qui Sacris addicti sunt, quotānis obolus vnu  
in lucernam perpetuū in æde sancti Petri Romæ ar-  
ſuā pendatur, qui etiamnam sancti Petri nummus  
vocatur. Deinde p̄scriptum, vt omnes Poloni ro-  
tunda in memorem Monachorum tonsura capillorum  
vtrantur; nec infia auriculas ritu barbarico quic-  
quam omnino comam permittant. Feltis solemnibus  
dum Sacra sunt, vt singuli Equites faciunt linea  
candidam in modū sholæ, qua in sacris vtrunt Sa-  
cerdotes, atque Diaconi, ē collo suspensam ferant,  
quæ Pontificis præcepta non grauare Polonorum  
Legati suscepere, & totam Poloniam Pontificis de-  
cretis obstrinxere. Hæc Chremetus An quæ in  
ita Beati Laurentij Iustiniani referuntur, falsa sunt,  
ita vt fidē facer non possint. An Constantia Noui-  
tia fuit, an historia est incerta, sed teste Fazello terū  
Sicularum scripto lib.7.cpl.6.in decade poster eam  
historiam Sicili Annales quotquot extant, com-  
memorant, autores plurimi tradunt, diplomata, &  
decreta Cœlestini, quæ hucusque in Archivio Romano  
afferuantur,

# In ordine ad Sacraenta. Resol. LXXXIX. 101

alteruantur, id habent. Nec est, quod Sylvester, Sotus, & alij respondeant, id quidem fecisse Pontificis sed potestate fecisse, non iure: & fecisse quidem problemat Doctorum sententiam sequoros, sed non definiisse: & alia multa, ait Sylvester, facere conseruerunt, que faciunt quidem, & non sine aliorum offendit, at non iure. Ceterum hoc est argumentum vim fugere, non argumentum solvere, sed quidquid dicit ille, certe existimo id fecisse Pontifices, & in te tam graui, & feria, Theologos, & virtusque iuriis peritos, consilium dedisse.

8. Concludat igitur hanc resolutionem cum verbis Villalobos in *summa*, tom. 1. tract. 14. diffic. 7. n. 2. vbi sic ait. *El voto solemne de la Religion no déme el matrimonio por derecho diuino, ó natura, sine solo por derecho Ecclesiastico. Esta sentencia tengo por la mas probable, porque como la solemnidad del voto es de derecho Ecclesiastico, como dice el derecho lo que de abis se figura tambien ha de ser de derecho Ecclesiastico. De lo qual se infiere, que puede el Papa dispensar, como lo ha hecho muchas veces. Ita ille, ceteri priores Doctores citatos, adde Propositum in 3. pars. q. 7. de impedim. matrim. dub. s. n. 27. & seq. Coninck de Sacram. diff. 1. n. 7. Sanchez lib. 7. diff. 1. Pontium lib. 7. c. 22. Lessiv. lib. 2. cap. 42. n. 78. Reginaldum lib. 3. n. 123. Rebellum lib. 3. q. 2. n. 5. Auerianum de sacra. Matrim. q. 1. sec. 2. & alios penes ipsos.*

## RESOL. LXXIX.

An Pontifex, ne remaneat extincta quedam Illustris Familia, possit præbere licentiam, ut Eques Religions Hierosolymitanæ transfeat ad Religionem D. Iacobi, Alcantare, Calatrava, &c.

Ex quo inferitur, an Pontifex possit dispensare in votu solemni Religionis?

Et quid de voto solemani paupertatis?

Et si ponitur posse, & soletere Summos Pontifices præbere licentiam, ut aliquis Religiosus transfeat ex una Religione Strictiori ad aliam laxiorem infra existente causa.

Ei quicunq; in supradicti Equites D. Iacobi, Calatrava, Alcantara, &c. sive veri Religiosi, & possint eligere Confessarium, ab Ordinario non approbatum; & gaudere priuilegio Canonis, fori, & exemptione gabelliarum, & in multis alijs comprehensandar; ut Religiosi?

Ei inferatur, quod si Capucinus, Minimus, Mercedarius, can centia Pontificis transire ad Canonicos Regulares, vel ad Carmelitas Claustrales, &c. non tenerentur ad votum paupertatis ita rigide ut annas: nec ad votum Quadragesimalis, nec ad votum redemptiorum Capucinorum.

Et an diffinatur vinculum prioris professionis, si Religiosus professus legitime transfeat ad alium Ordinem, ut ibi deno profiteatur?

Et docetur, que causa sit infra ad dispensandum in votu solemni Religionis.

Et an in secundo gradu nunquam dispensesetur nisi inter magnos Principes. Ex part. 10. tract. 12. & Mfc. 2. Resol. 1.

S. i. C erum est, nec indiger probacione, posse, & soletere summos Pontifices præbere licentiam, ut aliquis Religiosus transfeat ex una Religione Strictiori ad aliam laxorem, iusta existente causa; ut inter alios firmat Ricciullus in *Lure personarum* lib. 8. cap. 4. n. 4. Difficultas est, an possit hoc facere in casu nostro: Primo, quia Religio diu Iacobii, Alcantare, & Calatrava, non est vera Religio vi plures Auctores docent. Ita Sotus de Lest. lib. 7.

Tom. 111.

quest. 5. art. 3. ad 3. qui tamen convarium dicit de Equitibus Hierosolymitanis: ergo Secundum, quia illis prius nominatis Religions non emittitur votum castitatis absolutum, sed votum castitatis coniugalis: ergo Pontifex dispensaret in voto castitatis solemnis, quod negat posse cum facere D. Tho. in 2. 2. quest. 88. art. 11. Raphaël de la Torre, Sotus, Sylvester, Armilla, Tabiena, & omnes Thomista. 2. Verum, hi non obstantibus, ad casum proposendum videtur affirmatiuè respondendum; quia communior, & probabilius Doctorum sententia tener Equites Diu Iacobi, Calatrava, &c. esse verè Religiosos; & ita docent fere 60. Doctores, quos etiam me citato, citat & sequitur Ambrosius Machim. Archiepiscopus Calagitanus, in *Alleg. pro iurisdictione Ordinum Militiarum*, artic. 1. num. 7. & 25. Quibus ego addo Sanchez in *Summa*, 1020 & lib. 7. c. 27. num. 105. Suarez de Religione, demo 4. lib. 1. c. 4. à num. 8. usque ad 17. Pellicarium in *Manual. Regular.* tom. 1. tract. 1. cap. 3. num. 48. Pizzarum in *Discursu Apologetico pro Ordinibus militariibus*, num. 19. cum seqq. Valenziano confil. 85. num. 9. Valecnum confil. 10. 8. n. 27. & me citato Larream tomo 1. *Allegat.* 64. num. 2. & 3. & me citato Sperelium tomo 1. decisi. 2. num. 64. Fernando de Castro in *Portugal conuinida*, par. 1. sec. 1. lib. A. Gallaratum in *Allegat.* 10. pro Defen. D. Eduardi de Portugal. num. 8. & me citato Amaia in *Codicem leg. ole de incolte*, lib. 10. tit. 39. num. 15. Anfaldum confil. 78 num. 45. Carleuanum de *Iudicis*, tomo 1. lib. 1. tit. 1. diff. 2. quest. 6. num. 416. Ferentilum in *decisionem* 2. Burai, & me citato Zipaum de *Iuris lib. 1. cap. 21.* num. 1. Guazzini *Defens.* 20. num. 16. Riccium in *Praxi*, tom. 4. resol. 170. & 176. Lezzanum in *Summa*, tom. 2. cap. 5. num. 6. & me citato Bordonus in *Confil. Regi*, tom. 1. resol. 28. n. 23. & me citato Leandrum de *Sacrament.* tom. 1. tract. 5. diff. 11. quest. 47. Martini de San Juan in *Monita Confess.* tom. 1. tract. 1. num. 2. & seq. & me citato Sancium in *Seletis*, diffus. 49. n. 10. Faustum in *Thesaur.* lib. 5. quest. 11. Pereiram decisi. 8. Megalam tom. 4. lib. 4. cap. 201 q. 5. n. 40. Marendam contron. *Iur. lib. 14. cap. 49. num. 40.* Fabrum in *Codice*, lib. 6. tit. 12. differ. 33. num. 2. Transmiseram de *Polygamia* lib. 3. quest. 22. num. 26. Valerum in *diff. 2. utriusque Fori*, sive *Minera*, differ. 1. n. 12. & 23. Nouarium in *Incena Regularium*, num. 16. & fin. in Ref. 167. & 169.

3. Dicendum est itaque, votum castitatis coniugalis non sufficiere iure communi ad constituendum votum solemne castitatis: sed negandum, id non posse fieri priuilegio; cum enim solemnitas voti sit iure humano inducta, potest illa minui, vel augeri rationabilis causa subsistere: & ita sicut Papa potest facere Religioso facultatem aliquo modo retinendi, moderando solemnitatem voti paupertatis, ita etiam facere facultatem vendi cōjugio legitimo minuendo solemnitatem voti castitatis. Deinde, licet voti obligatio sit iure naturali, & diuino inducta; solemnitas tamen voti a iure humano Pontificio inventa est; Pontifices enim maximi induxerunt, ut ad faciendum solemne votum requiratur, primo, quod constet ex tribus votis, scilicet, castitatis integras, Paupertatis, & Obedientiae: Secundum, quod haec tria sint in Religione approbata: Tertiò, quod fiant in manibus eius, qui potest votum incorporare Religiosi; & quod alioquin non sit solemnis secundum omnes. Et id sicut Papa statuit, & induxit, ut omnia prædicta requirantur ad hoc, ut aliquod votum dicatur solemne, & sufficiens ad faciendum aliquem verum Religiosum, & ad alios certos effectus, ita potest statuere, ut aliquid amplius requiratur, vel aliquid minus sufficiat; & cōsequenter

1 3 potest